

1766, 27.

No. 58

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

I V R I S C O N S V L T O
N O M O T H E T A

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. P U B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E TAT. L I T E R. D V I S E B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X. O C T O B R. A N N O C I O I O C C L X V I .

D E F E N D E T

I O H A N N E S C H R I S T I A N V S S T V R M I V S

G A L O V I E N S I S L V S A T V S

L I P S I A E

L I T T E R I S V I D V A E L A N G E N H E M I A E.

JOHANNES CHRISTIANUS STARYMIA
GASTAENSIS TABATA
LIPSIÆ
LIPSIENSIS LIBRARIA FAMELIKALIA
CAPITALENSIS TABATA
DE EINDT
DIB X OCTOBR VANO CLODICKXAR
IN ADDITIONE PLETHONI
D. CHRISTIANO HINN. BREMANNI
PRAESIDAE
ILLUSTRISS. ICHOTRUM ORDINS GRATIA
CATAT JAVS CONTRARIOSSAY
NOMOTHETATO
IARIS CONSULATO



DE
I V R I S C O N S V L T O
N O M O T H E T A.

§. I.



Paradoxon utique videtur, subditum legibus pa-
rentem legislatorem nominare, tantumque ius
tribuere, quod nemini in republica, nisi ma-
iestati competit. At ita ipsae Romanae leges eosdem vocant, et
quam grauissime delinqueretur, si contra hanc autoritatem pu-
gnaremus. Evidem, si, qui sint Icti, videmus, eo magis videtur.

ipfis haec cognominatio neganda. Est vero is, qui non tantum leges scit, sed earum rationes et causas probe noscit, quique respondendo, cauendo, scribendo, iudicando, imo si placet, docendo officium suum exsequitur. Hic nihil de legibus ferundis. Videamus ergo in quantum ita dici possint, vel quatenus iniuste etiam hoc nomine cognominentur.

§. II.

Breuitas libelli non permittit, ut quae in praesentem rem dixerat C V I A C I V S Obseru. Lib. VII. cap. 25. transcribam. Probat sane veteribus ICtos iuris autores, legum conditores, nomonrbetas dictos fuisse. Patet sane, proprio sensu eos ita compellatos vel ab accidenti nomen obtinuisse. Poterant legum conditores dici, quippe quoties sub libera republica lex ferunda esset, primum ab eo, qui rogationem aliquam ad populum ferre volebat, prius legis formula, postea per trinundinum promulganda, concipienda erat, in qua concipienda in consilium Iureconsultos adhibebant monente H O F F M A N N O in Hist. Iur. Vol. I. p. 19.

Dein arbitrantur docti homines, fori disputationibus a Iureconsultis noua fuisse iura condita: Saltem hanc fouet sententiam inter alios H E I N E C C I V S Hist. Iur. L. I. §. 50. Forsan haec minus vere intelliguntur. Siquidem solis illis agitatis quaestionibus controuer-
sis

5

sis effecisse ICtos, ut sententia quaedam extra omnem dubitatem posita fuerit, eoque usque suas altercationes de iure aliquo dubio agitasse, donec nemo contradicere amplius potuerit, nec satis probatum legi, nec humanitatis ratio, quae ipx in omnibus vnamimes sententias concipit, credere finitur. Et si illa, quam BACHIVS in Hist. Iur. p. 261. explicationem posuit, ut vere est, probabilior videtur disceptationum forenum, quae in iis orationibus agitabantur, quae coram centumuirali iudicio, quoties ex iure dubio lis agebatur, ab ICtos oratoribus recitabantur; frustra ICtos legum iuriumque autores vocares, quippe potius centumuiri iudices tunc ita dicendi. Horum enim sententia lis finitur et legis fit extensio et applicatio, et quae si recepta sit, nouum ius constituit, cuius autoritas a consuetudine seu tacito populi consensu deinde magis penderet, quam ab ingenio ICtorum.

.

§. IV.

Praeterea ob eam causam Nomothetas Iurisperitos vocari arbitrantur, quod, cum ab Augusto constitutum fuisset, ut non amplius omnes, qui sui fiduciam haberent, de iure responderent, sed ex Augusti tantum auctoritate quidam, nec iudicibus, liceret, ab horum responsis recedere. Concludunt itaque illa Iurisperitorum responsa pro iure habita fuisse. Sed dubium haec in causa mihi adhuc sedet. Constat dissensisse eo tempore Labeonem a Capitone, quemque suos habuisse, qui eum sequebantur: quid? si responsum

.

A 3

actor



actor a Labeone, reus a Capitone, utrisque in respondendo super iure dubio dissentientibus, iudici offerret, cuius ergo responsum pro lege seu iure habendum, quodue sequi debebat iudex? Cae-
do interim, sequi debuisse iudicem, sed sententia ius tantum facit inter partes, non aequius generale. Vix ergo probabile obinde legum autores nominatos ICtos, non enim iuri et legi dabant re-
spondendo origines, sed tantum sententiæ in causa litigiosa.

§. V. I. de iuris auditis
ICtos et sententiæ in causa litigiosa.

Neque improbablo penitus interdum ICtos potuisse legum conditores dici, qui in principiis auditorio assidebant, quique a consiliis essent. Poterat enim fieri, ut horum argumentis potioribus lex originem caperet. Sed maxime improprie tunc ita di-
cerentur legum autores.

§. VI. At si forsitan ad Iustiniani rationes respicimus, a quo nomo-
thetae vacantur, alia plane cognominis mihi videtur ratio. Esse-
cerat enim quondam Valentinianus III. sua Constitutione, ut quo-
ties leges edicta Constitutionesque filerent, tunc ex ICtorum au-
toritate controvërsum thema decideretur, cui fini libros Papi-
xiani, Pauli, Gaii, Vlpiani et Modestini comprobauit, ut ex iis auto-
ritatem paterent Iudices. Non ergo horum scripta leges habe-
bantur



bantur, sed instar legum, si leges non adessent. At Iustinianus, a quo tempore ipse consilium ceperat, non horum tantum Iureconsultorum libros ad dubias lites decidendas comprobandi, sed omnium antiquiorum Iurisperitorum monumentis aequalem tribuendi autoritatem, in quem finem Pandectas Tribonianus, quosque huic operi praefecerat, conficiendas iusserat, sane effectum est, ut quae ab ipsis quondam scripta, a compilatoribus dein ad fori usum excerpta, quoties ius scriptum deficeret, pro legibus essent ex Iustiniani autoritate. Recte ergo hoc sensu ICtos poterat sua aetate nomothetas appellare, cum, quae suis comprehendebantur scriptis in causis dubiis atque litigiosis, non aliter, ac si iura legesque essent, allegabantur. Et hoc sane sensu commodissime legislatores vocari poterant, non omnes, sed quorum scripta excerpta in Digestis legebantur.

§. VII.

At iam videndum, an nostra aetate Iurisperiti recte quoque Nomothetae vocari possint. Profecto si dicendum, quod verum est, vix arbitror, an recte hoc nomine compellari possint. Concedo quidem, et apud nos ICtos interdum adhiberi, quoties maiestatis autoritate leges ferendae. Sed ex hae ratione nunquam legislatores nominabuntur. Non quidem negandum, saepius inter Pragmaticos ICtos opiniones receptas esse, haud raro in iis thematibus, in quibus legum adest autoritas, quas excusant obseruantiae praetextu. Cedo improarie, eosdem et nostra aetate no-
mothe-



mothetas teste vocari, si lex si consuetudo in controvēsto thema
te deest, iisque sua interpretatione consuetudini causam dant; at
vbi legis adēst autoritas expressaque dispositio contra officium lCti,
qui leges ad facta applicare debet, aliud ius statuere velle, id non
modo crimen maiestaticum foret, sed tunc nomothetam dicere
idem videretur ac legum corruptorem ac eversorem.

T A N T V M



Lipzg, Diss. 1766 AG



3

TA-OC

Farbkarte #13



1766, 27.

Ad. 58

S P E C I M E N
C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M
D E

I V R I S C O N S V L T O
N O M O T H E T A

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PUBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISEVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE X. OCTOBR. ANNO CICICCLXVI.

D E F E N D E T

IOHANNES CHRISTIANVS STVRMIVS

CALOVIENSIS LVSATVS

L I P S I A E

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.